UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis || Slotani || Geffensis, Sacrae || Theologiae Profes-||soris, De retinenda fide orthodo-||xa & catholica aduersus hæ-||reses & sectas, & præci-||puè Lutherana[m], Li-||bri nouem.||

Slotan, Johann

Coloniae, 1560

VD16 S 6745

Capvt IX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29875

Visual Library

per patres,& poſtmodum per legis doctores & prophetas,ad extremum verò per apoſtolos, dum plebis ſuæ mores excoluit, quaſi per operarios in vineę ſuæ cultura laborauit.Hæc ille.

CAPVT IX.

Ephe 4 Apoſtolorum ſucceſſores in cultura vineæ domini qui ſint

PORrò apoſtolis ſucceſſerunt paſtores & doctores, de quibus Paulus ait:Chriſtus dedit quoſdam quidem apoſtolos,quoſdam autem prophetas,alios verò Euangeliſtas, alios autem paſtores & doctores, ad conſummationē ſanctorum,in opus miniſterij,in ædificationem corporis Chriſti, donec occurramus omnes in vnitatem fidei,& agnitionis filij Dei,in virum perfectū, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti,vt iam non ſimus paruuli fluctuantes, & circunferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum,in aſtutia, ad circumuentionem erroris. Quibus planè verbis ſanctus Apoſtolus hos paſtores & doctores ac cæteros dicit eſſe inſtitutos in opus miniſterij in ædificationem corporis Chriſti,id eſt, vt fidelibus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

libus verba ſalutis adminiſtrent, & eccleſiã Chriſti, verbo ſpiritus ædificent. Cum autem dicit: Donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, docet inſtitutum iſtud, non ſolùm ad apoſtolorum tempora ſpectare, verùm etiam ad finem vſque ſeculi perduraturum, nempe donec occurramus omnes, &c. Cæterùm quis ſcopus eſt huius inſtituti, quem proſpexit Chriſtus hęc inſtituens? Vt iam non ſimus (inquit) paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vẽto doctrinæ &c. Hæc etenim cauſa eſt, cur paſtores & doctores, cæterique miniſtri dati ſint Eccleſiæ, & vſque in finem mundi dabuntur, ne fideles ſint ſicut paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ, ſed potius per eorum prædicationem, & in fide cõtineantur ſtabiles, & in opere inueniantur efficaces. Vides ergo quàm vigilanti ſtudio, & quã paterna ſollicitudine, electæ Eccleſiæ ſuæ erudiendæ, nullo non tempore, doctores quaſi operarios

vineę ſuæ, deſtinãdo intendit, & quod
hactenus fecit, idipſum facturus ſit vſ-
que ad finem mundi.

CAPVT X.

Eccleſia nunquam eſt à Deo derelicta.

CAecutiunt proinde quaſi in meri
diana luce, qui blaſphemantes di
cere audent, per multa retroacti tem-
poris ſecula, Eccleſiam à Deo in erro-
ribus fuiſſe derelictam, donec tandẽ hę
reſiarcha noſtri temporis, cum ſuis de-
teſtandis aſſeclis, in mediũ proſiliſſet.
Quod quàm ſit ridiculum, quamq́; va-
num, tædet oſtendere, niſi eſſent quos
nõ puderet hoc credere atq; aſſerere. Si
quidem Eccleſia regitur magiſterio ſpi
ritus ſancti, qui non ſinit eã errare, ſed
in rebus dubijs et ambiguis erudit eá.
Ioan. 24. Paracletus ſpiritus ſanctus (inquit Chri
ſtus ipſa veritas) quem pater mittet in
nomine meo, ille vos docebit oĩa, et ſug
Ioan. 15. geret vobis oĩa quæcũq; dixero vobis.
& iterũ: Cũ venerit paracletus, quẽ ego
mittã vob. à patre, ſpiritũ veritatis qui
à patre procedit, ille teſtimoniũ perhi-
bebit de me. Et cum venerit ille ſpiri-
tus